



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni**

**Bolland, Johannes**

**Antverpiae, 1648**

§. VIII. S. Liborii Reliquiae Ameriam deportatae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9573**

§.VIII. S. LIBORII Reliquiae  
Ameriam deportatae.

*Ameriam  
urbem an-  
tiquam,*

*& præclaris  
alumnis ce-  
lebrem,*

54. **A**Meria vrbs est Umbriæ, longè ante urbem Romani condita, nec vana ostentans argumenta vetustatis, murorum partem, ac funda-  
menta ædificiorum: ceterùm ipsa in colle sita, op-  
imo circum agro, ad Tiberis ripam utramque diffu-  
so, olei, vini, ac tritici ferace. Sed maior ab ipsis ciui-  
bus gloria. Testatur Leander Albertus, præclara in-  
genia tam multa nomen Ameriæ nobilitasse,  
ut omnium commemoratione longissima foret.  
Ut enim omittam prudentiæ, pietatis, atque erudi-  
tionis opinione clarissimos nuper Antistites, Ma-  
rianum Victorinum, Bartholomæum Ferrati-  
num Cardinalem, eiusq[ue] patrum Baldum  
Ferratinum; non uno loco laudatus à nobis in no-  
stro de Sanctorum Actis opere est Antonius Maria  
Gratianus è Burgo Sancti sepulcri, Episcopus  
Amerinus. qui inter alia doctrinæ suæ monumenta,  
res gestas illustravit S. Secundi Martyris, qui i. Iu-  
nij colitur; S. Hymerij Episcopi, qui xvii, S. Fir-  
minæ Virginis Romanæ xxiv. Nouembris corona-  
ta martyrio vnâ cum Vrlicino Lictore, atque  
Olympiade Prefecto, cuius memoria agitur i. De-  
cembris. Horum ille, Dei q[ue] in illis, gloriam amplifi-  
care studuit, eruditione, prudentiâ, religione clarissi-  
mus Præsul.

55. Illius siue institutione formatus, siue prouo-  
catus exemplo, Peregrinus Carenus Amerinus  
Abbas

Abbas S. Mariæ, numerum nuper ac gloriam augere  
patriæ suæ tucelarium Diuorum conatus est. Nam à Peregrino  
quia Monasterium, V Vestphaliae urbem, Regum Hi- Carleno  
spaniae ac Gallie, Cæsarissq; & aliorum Principum Abb.  
Feciales de vniuersæ Christianæ Reip. pace delibera-  
turi, conciliantibus Pontificis Maximi ac Venetorum  
Legatis, conuenerant; ipse quoque eò, cuiuspiam actu-  
rus Principis caussam, se contulit. Neque verò itine-  
ris ac laboris pretio frustratus est, et si reliqui con-  
uentus eiusmodi exitus futurus videatur, quem non  
creditura facile sit posteritas. Sed tamen quodcum-  
que aspernantium pacem ius ac fortuna erit, fru-  
ctum opera Carlenus magnum tulit, in patriæ suæ  
salutem, Diuorum honores, redundaturum. Nam  
dum Monasterij agit, à Canonicis Ecclesiæ Pader- s Liborij  
bornensis, annuente quoque ipso Electore Coloniensi, Reliquia à  
eorum Antistite, die IX. Iunij an. MDCXLVI. aliquas Paderbor-  
S. Liborij (cuius & ipse & frater eius Augustinus  
Carlenus, Canonicus Amerinus, præsentem opem in  
nephriticis leniendis doloribus erant experti) Reli-  
quias impetravit: duas nimirūm è sacro illius cor-  
pore particulas, tibiæ alteram, indicis longitudine;  
alteram crani. pollicis ferè diametrum æquantem.

56. Has ille Reliquias in Italiam per virum re- missæ an.  
ligiosum è Patrum Capucinorum Ordine F. Bona- 1646.  
uenturam misit, in Cathedrali ecclesiæ Ameriæ lo-  
candas. Quā occasione, vt ex Illustriß. Episcopo Neri-  
tonensi Fabio Chisio, Innocentij X. Pontificis  
Maximi ad eum, quem dixi, conuentum Legato di- magna p̄s-  
dici, magna erga S. Liborium Italorum existere rite hono-  
pietas cœpit; vt ingens turba populorum, atque è sacro rite:  
quoque

46 VITA S. LIBORII PATRONI

quoque Cardinalium collegio nonnulli, & alij Principes, ad eum venerandum Ameriam ventitent. sculpta eius imago: Curauit idem Abbas Carlenus, Capituli Amerini rogatu, eiusdem Diui imaginem, uti Paderbornæ pingi solet, in æs incidi, & Gaudētio Polo de Casciâ, Amerino Antistiti dicauit: cuius imaginis vndique per Italiam exempla expetuntur, certis identidem hominibus, qui ea impetrant ac deferant, Ameriam allegatis.

Vita hic seorsim edita:  
donationis instrumen-  
tum: exceptionis celebritas.

57. Vir idem religiosissimus, suo me potissimum hortatu permouit, ut S. Liborij res gestas, miracula, translationes, quas non nisi ad XXII. Iulij in Operè de Sanctorum Actis statueram in lucem proferre, recognoscerem ac seorsim ederem:

58. Publicum instrumentum quo donatas à Paderbonensibus eas Reliquias fuisse constet, Monasterij legitimè confectum, cum Actis Ecclesie Amerina dabimus.

§.IX. Solennitas, quâ S. LIBORII reliquiae ab Ecclesiâ Amerinâ exceptæ.

S. Liborij reliquia, an. 1647. 12. **A**llatis Ameriam S. Liborij reliquiis, solenni supplicationi, quâ in basilicam Cathedram deportarentur, destinata dies XI. Maij, quæ eo anno, à Christi ortu MDCLVII. Dominica erat, tertia post Pascha, quâ & celebritas agebatur S. Mariæ de Foce; eo consilio delecta ab Gaudentio Polo eius urbis Antistite, ut qui sacrum illum locum pietatis ergo visissent exteri, ijs deinde in urbem venire,